Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ad pedes eius: et rogauerunt. Et
rogauerunt autem illis et qui uiderant.
quomodo sanus factus esset a legione. Et
rogauerunt eum omnis multitudo regio
nis gerasenorum ut discederet ab ipsis:
quia timore magno tenebantur. Ipse
autem ascendens nauem reuersus est. Et ro
gabat illum uir a quo demonia exierant.
ut cum eo esset. Dimisit autem illum ihs
dicens. Redi in domum tuam: et narra
quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniu
ersam ciuitatem predicans quanta illi
fecisset ihs. Factum est autem cum rediisset
ihs: excepit illum turba. Erant enim
omnes expectantes eum. Et ecce uenit
uir cui nomen iayrus. et ipse princeps sy
nagoge erat. Et cecidit ad pedes ihu
rogans eum. ut intraret in domum eius: quia
filia unica erat illi fere annorum .xii.
et hec morebat. Et contigit dum ire
ad turbis comprimebatur. Et mulier
quedam erat in fluxu sanguinis ab
annis .xii. que in medicos erogauerat
omnem substantiam suam. nec ab illo potuit
curari: accessit retro et tetigit fimbriam
uestimenti eius: et continuo stetit fluxus
sanguinis eius. Et ait ihs. Quis est qui
me tetigit. Negantibus autem omnibus:
dixit petrus et qui cum illo erant. Pre
ceptor: turbe te comprimunt et affligunt:
et dicis: quis me tetigit. Et dixit ihs.
Tetigit me aliquis. Nam ego cog
noui uirtutem de me exisse. Videns autem
mulier quia non latuisset cum: tremens
uenit. et procidit ante pedes illius. Et
ob quam causam tetigit eum. indicauit co
ram omni plebe: et quemadmodum confesti
sanata sit. At ipse dixit illi. filia: fi
des tua te saluam fecit: uade in pace.
Adhuc illo loquente: uenit quidam ad
principem synagoge dicens eis quia mortua
est filia tua: noli uexare illum. Ihs
autem audito hoc uerbo: respondit pat
ri puelle. Noli timere: crede tantum et
salua erit. Et cum peruenisset ad dom.
non permisit intrare secum quemquam.
nisi petrum et iacobum et iohem. et patrem
matrem puelle. Flebant autem omnes et
plangebant illam. At ille dixit. No
lite flere. Non enim mortua puella.
sed dormit. Et deridebant eum: scientes
quia mortua erat. Ipse autem tenens manum
eius. clamauit dicens. Puella surge.
Et reuersus est spiritus eius: et surrexit tem
pore: et iussit illi dari manducare. Et
stupuerunt parentes eius: quibus precepit
ne alicui dicerent quod factum erat. Ca. ix.
Conuocatis autem .xii. apostolis de
dit illis uirtutem et potestatem
super omnia demonia: et ut lan
guores curarent: misit illos predicare
regnum dei: et sanare infirmos. Et ait
ad illos. Nichil tuleritis in uia. neque
virgam. neque peram. neque panem. neque
pecuniam: neque duas tunicas habeatis.
Et in quamcumque domum intraueritis ibi
manete: et inde ne exeatis. Et quicumque
non receperint uos: exeuntes de ciuita
te illa. etiam puluerem pedum uestrorum ex
cutite in testimonium super illos. Egressi autem
circuibant castella. euangelizantes et cu
rantes ubique. Audiuit autem herodes
tetrarcha omnia que fiebant ab eo: et
hesitabat. eo quod dicebatur a quibusdam. quia
iohes surrexit a mortuis: a quibusdam
autem quia helyas apparuit: ab aliis autem
quia propheta unus de antiquis surrexit. Et
ait herodes. Iohem ego decollauit. ipse
autem est iste de quo ego audio talia: Et
querebat uidere eum. Et reuersi sunt apostoli
et narrauerunt ei quecumque fecerant. Et assumpsit
eos secessit secorsum in locum desertum.